

Cum ergo grandissent, dicit Simoni Petro Jesus: Simon Joannis, diligis me plus his? Dicit ei: Etiam Domine, tu scis, quia amo te. Dicit ei: pascue agnos meos. Dicit ei iterum: Simon Joannis diligis me? Ait illi: Etiam Domine, tu scis quia amo te. Dicit ei: Pascue agnos meos. Dicit ei tertio: Simon Joannis, amas me? Contritatus est Petrus, quia dixit illi tertio, Amas me? Et dixit ei, Domine tu omnia nosti: tu scis, quia amo te. Dixit: Pascue oves meas. *Joan. 21. 15.*

Alte autem Dominus: Simon, ecce Satanas expetivit vos, ut cribraret sicut triticum: ego autem rogaui pro te ut non deficiat fides tua, & tu aliquando conversus confirma fratres tuos. Qui dixit ei: Domine tecum paratus sum & in carcerem, & in mortem ire. *Luce. 22. 34.*

TITULUS XXVI.

Non furtum facies. *Erod. 20. 15. Idem Levit. 19. 11. verbatim habetur, & Deut. 5. 18.* Qui furatus fuerit hominem, & vendiderit eum, convicius noxæ, morte moriatur. *Ibid. 25. 16.*

Si quis furatus fuerit bovem, aut ovem, & occiderit, vel venderit: quinque boves pro uno bove restituet, & quatuor oves pro una ove. *Ibid. 2. 1, 2. Reg. 17. 6.*

Si deprehensus fuerit homo sollicitans fratrem suum de filiis Israel, & vendito eo accepit pretium, interficietur, & auferens malum de medio tui. *Deut. 24. 7.*

Et ait Josue ad Achan: Fili mi, da gloriam Domino Deo Israel, & confitere, atque indica mihi quid feceris, ne abscondas. Responditque Achan Josue, & dixit ei: Vere ego peccavi Domino Deo Israel, & sic, & sic feci. Vidi enim inter spolia pallium cocineum valde bonum, & ducentos siclos argenti, &c. *Josue 7. 19.*

Cujus cum vocem balantis vir ejus audisset, dixit: Videte, ne forte furtivus sit, reddite eum Dominis suis; quia non licet nobis aut edere ex furto aliquid, aut contingere. *Tob. 4. 21.*

Non grandis est culpa, cum quis furatus fuerit: furatur enim, ut esurientem impleat animam: deprehensus quoque reddet septuplum, & omnem substantiam domus suæ traheat. *Prov. 6. 30.*

Maledictum, & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium, inuadaverunt, & sanguis sanguinem tetigit. *Osee 4. 2.*

Jesus autem dixit: Non homicidium facies: non adulterabis: non facies furtum: non falsum testimonium dices. *Matth. 19. 18.*

Neque fures, neque avari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces, regnum Dei possidebunt. *1. Cor. 6. 10.*

Et non egerunt penitentiam ab homicidiis suis, neque a veneficiis suis, neque a fornicatione sua, neque a furtis suis. *Apoc. 9. 21.*

Jonas Rex, qui thesauros templi tenere supervacua a furtis suis interfecit. *4. Reg. 18.*

Balaam, qui vasa sacra a templo Jerosolymitano ablatis, cum principibus & concubinis abduxit, a Deo corripitur, & postea occiditur. *Dan. 5.*

Aniocus ab spolium & presanatum templum, variis modis ne doleribus oppressus, miserissima morte perit. *1. Mach. 6. 20.*

Elisodorus a Seleuco Regis missus ad rapendam insulam templi, ab Angelis flagellatus, & compositi ad Omnia summi Sacerdotis prece liberatur. *2. Mach. 3. 24.*

Esymanus multi commissi in templo sacrilegia & rapinae, ante ararium interfecit. *2. Mach. 4. 39.*

Judas est a templo Apostolice sedis pecuniam furtivis, stabat furtum suis orige suis interitus. *Joan. 11. 6.*

TITULUS XXVII.

Propterea ecce ego ad Prophetas, ait Dominus: qui surantur verba mea uniusquisque a proximo suo. *Jerem. 23. 30.*

Amen amen dico vobis: qui non intrat per ostium in ovile ovium, sed ascendit aliunde, ille fur est & latro. *Joan. 10.*

TITULUS

Gaudium.

David reduxit arcam Domini in Jerusalem, cum suis & totius populi ingenti gaudio. *1. Paral. 15. 25. Vide & Gen. 16.*

Lazarusque est populus cum vota sponte promitteret: quia corde toto offerebat ea Domino: sed & David rex letatus est gaudio magno. Et benedixit Domino coram universa multitudine, & ait: Benedictus es Domine Deus Israel patris nostris, ab aeterno in aeternum. *1. Paral. 29. 9.*

Reverlusque est omnis vir Juda, & habitores Jerusalem, & Josaphat ante eos, in Jerusalem cum letitia magna, eo quod dedisset eis Dominus gaudium de inimicis suis, &c. *2. Paral. 20. 27.*

Et clare cecernerunt cantores, & Jezraia prepositus: & immolaverunt in die illa victimas, & letati sunt: Deus enim laticaverat eos letitia magna: sed & uxores eorum, & liberi gavisi sunt, & audita est letitia Jerusalem procul. *2. Esdr. 12. 41.*

Tobias a peregrinatione reducem patrem suum osculatus est cum uxore sua, & coeperunt ambo flere pro gaudio, &c. *Tob. 11. 11.*

Reliquum vero vite suæ (Tobis) in gaudio fuit, & cum honore profectu timoris Dei, perrexit in pace. *Ibid. 14. 4.*

Beati autem populus jucundus secundum faciem Sanctorum. *Judith 16. 24.*

Et ait de se testatur: Tu scis Domine, quod Et nunquam letata sit ancilla tua, nisi in te Domine Deus Abraham. *Esther 14. 18.*

Iusti epulentur, & exultent in conspectu Dei: & delectentur in letitia. *Psal. 67. 4.*

Renunt consolari animam meam, memor sui Dei, & delectatus sum, & delectatus sum, & delectatus sum. *Ibid. 70. 4.*

Angelus ad Zachariam: Et erit gaudium tibi, & exultatio, & multi in nativitate ejus gaudebunt: erit enim magnus coram Domino, &c. *Luce. 1. 14.*

Discipulus letans, quod demones egerint, inquit: Christus. Verumtamen in hoc nolite gaudere: -- gaudent autem, quod nomina vestra scripta sunt in caelis. *Ibid. 10. 20.*

Ibant Apostoli gaudentes a conspectu concilii, quoniam digni habitus sunt, pro nomine Jesu contumeliam pati. *Act. 5. 41.*

Et vos imitatores nostri facti estis, & Domini, excipientes verbum in tribulatione multa, cum gaudio Spiritus sancti. *1. Thess. 1. 6.*

Semper gaudeat. Sine intermissione orate. *Ibid. 5. 16.*

Gaudendum non est more Gentilium.

Magnus fuit gaudium Atonia filii David, dum senescente patre seipsum regem successorem, constituit, & splendida convivia instituit. Sed hoc gaudium breve evanuit, cum adviit in convivio, Salomonem a Davide constitutum regem, &c. *3. Reg. 1. 19. seq.*

Risum reputavi errorem: & gaudio dixi: Quid frustra deciperis? *Eclesi. 2. 2.*

Melius est ire ad domum lactus, quam ad domum convivii: in illa enim initis sanctorum admonetur hominum, & vivens cogitat quid futurum sit. *Ibid. 7. 3.*

Noli letari Israel, noli exultare sicut populi: quia fornicatus es a Deo tuo, &c. *Osee 9. 1.*

Gaudium malorum describit Propheta Amos: Vix -- qui separati estis in diem malorum, & appropinquatis solio iniquitatis. Qui dormitis in lectis eburneis, & lascivitis in stratis vestris -- Qui canitis ad vocem psalterii -- Bibentes vinum in phialis, & optimo unguento delibati: & nihil patiebantur super correctione Joseph (pauperis) Amos 6. 3.

Et letatus est Jonas super hedera letitia magna, sed breve fuit gaudium, nam una nocte circum, & adiacens recaruit. *Jona 4. 6.*

Filii Jambis, cum leti processissent ad nuptias, cecidi sunt. Et converse sit nuptie in luctum, & vox musicorum ipsorum in lamentum. *1. Mach. 9. 37.*

Qui letantur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis. *Prov. 2. 14.*

Miseri estote, & lugete, & plorate: risus vester in luctum convertetur, & gaudium in morem. *Jacob. 4. 9.*

Gaudium in persecutione.

Beati, qui persecutionem patiuntur propter justitiam: quoniam ipsorum est regnum caelorum. Beati estis, cum maledixerint vobis (homines), & persecuti vos fuerint, & dixerint omnia mala adversum vos mentientes, propter me: gaudeat & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in caelis: sic enim persecuti sunt Prophetas, qui fuerunt ante vos. *Matth. 5. 10.*

Et illi quidem ibant gaudentes a conspectu Concilii, quoniam digni habitus sunt pro nomine Jesu contumeliam pati. *Act. 5. 41.*

Thesaur. Biblic. O 3 S d

Sed nihil horum vereor : nec facio animam meam pretiosorem quam me , dummodo confumem cursum meum & ministerium verbi , quod accepi a Domino Jefa , testificari Evangelium gratia Dei. Act. 20. 24. Non solum autem , sed & gloriamur in tribulationibus : scientes quod tribulatio patientiam operatur : patientia autem probationem , probatio vero spem , spes autem non confundit , &c. Rom. 5. 3. Qui nunc gaudeo in passionibus pro vobis , & adimpleo ea quae desunt passionum Christi , in carne mea , pro corpore ejus , quod est Ecclesia. Coloss. 1. 24. Nam & vincis compassi estis , & rapinam honorum vestrorum tum gaudio suscepistis , cognoscentes vos habere meliorem & maentem substantiam. Hebr. 10. 34. Fide Moyses grandis factus negavit se esse filium Pharaonis , magis eligens affligi cum populo Dei , quam temporalis peccati habere jucunditatem , majores divitias aestimans thesauro Aegyptiorum , improperium Christi ; aspiciebat enim in remunerationem. Ibid. 11. 24.

Quale gaudium habuerit Anna , mater Samuelis , indicat in suo cantico : Exultavit cor meum in Domino &c. quia letata sum in Deo salvari meo. 1. Reg. 2. 1. Magi videntes stellam , gavisi sunt gaudio magno valde. Matr. 2. 10. In ipsa hora exultavit Spiritu Sancto (Jesu) , & dixit : Constitute tibi Pater Domine celi & terra , quod abscondisti haec a sapientibus & prudentibus & revelasti ea parvulis. Luc. 10. 21. Spe gaudentes in tribulatione patientes : necessitatibus Sanctorum comminantes. Rom. 12. 12. Non est enim regnum Dei , esca , & potus : sed justitia & pax , & gaudium in Spiritu sancto. Ibid. 14. 17. Paulus de se testatur : Repletus sum consolatione , superabundo gaudio in omni tribulatione nostra. 2. Cor. 7. 4. Fructus autem Spiritus : caritas , gaudium , pax , patientia , benignitas , bonitas , longanimitas , mansuetudo , fides , modestia , continentia , castitas , &c. Gal. 5. 22. Gaudete in Domino semper : iterum dico gaudete. Philip. 4. 4. Semper gaudete. Sine intermissione orate. 1. Thim. 5. 16. Gaudium salutis aeternae. Vide & Beatitude.

In die illa cantabitur canticum istud in terra Juda. Isa. 26. 1. Respice sicut civitatem sollemnitate nostra : oculi tui videbunt Jerusalem , habitationem opulentam , tabernaculum quod nequaquam transierit poterit : nec auferentur clavi ejus in sempiternum , & omnes funiculi ejus non rumpeantur : quia solummodo tibi magnificus est Dominus noster , &c. Ibid. 33. 20. Justorum autem animae in manu Dei sunt , & non tanget illos tormentum mortis , &c. Sap. 3. 1. Fulgebunt justi , & tamquam scintillae in arundineo discurrent. Judicabunt nationes , & dominabuntur populis , & regnabit Dominus illorum in perpetuum. v. 7. Matth. 13. 43. 1. Cor. 6. 2.

T I T U L U S II.

Gemitus quis probandus , quis improbandus.

Et audivit gemitum eorum , ac recordatus est foederis , quod pepigit cum Abraham , Isaac , & Jacob. Et respexit Dominus filios Israel , & cognovit eos. Exod. 2. 24. Et dixit Dominus ad eum (Angelum) : Transi per mediam civitatem in medio Jerusalem : & signa thau super frontes virorum gentium & dolentium super cunctis abominationibus , quae sunt in medio ejus. Ezech. 9. 4. Tunc Tobias ingemuit , & coepit orare cum lacrimis , dicens : Justus es Domine , & omnia judicia tua justa sunt , & omnes viae tuae , misericordiae , & veritas , & judicium , Tob. 3. 1. Sed , cum plagis perimeretur , ingemuit (Eleazarus) , & dixit : Domine , qui habes sanctam scientiam , tu scis , quia cum a morte possem liberari , duos corporis sustineo dolores : secundum animam vero propter timorem tuum liberet haec patior. 2. Mac. 6. 39. Scimus enim , quod omnis creatura ingemescit : & parturit usque adhuc. Rom. 8. 22. Nolite ingemescere fratres in alterutrum , ut non judicemini , Ecce iudex ante januam astitit. Jacob. 5. 9. Gemitus matris tuae ne obliviscaris. Eccli. 7. 29.

T I T U L U S III.

Generatio mala.

Ne fiant sicut patres eorum ; generatio prava & exasperans : Generatio , quae non direxit (cum Deo) cor suum. Isai. 77. 8. Natio-

Nationis enim iniquae dicitur fuisse consummationes. Sap. 3. 19. Si filii Abraham essis opera Abraham facite. Vos facitis opera patris vestri diaboli. Joan. 8. 39. Qui facit peccatum , ex diabolo est : quoniam ab initio diabolus peccat. 1. Joan. 3. 8.

Quoniam Dominus in generatione iusti est. Psal. 13. 6. Generatio rectorum benedicetur. Ibid. 111. 2. Qui non ex sanguinibus , sed ex Deo nati sunt. Joan. 1. 13. Quod natum est ex carne , caro est : & quod natum est ex spiritu , spiritus est. Ibid. 3. 6. Et omnis qui diligit , ex Deo natus est ; & cognoscit Deum. 1. Joan. 4. 7.

T I T U L U S IV.

Gentium vocatio.

Non auferetur sceptrum de Juda , & dux de femore ejus , donec veniat , qui mittendus est , & ipse erit expectatio gentium. Gen. 49. 10. Videbo eum , sed non modo : intuebor illum , sed non prope. Orietur stella ex Jacob , & confurget virga de Israel : & percutiet duces Moab , vultabunt omnes filios Seth. Num. 24. 17. Laudate gentes populum ejus , quia sanguinem fervorum suorum effecerunt : & vindictam retribuet in hostes eorum , & propitius erit terra populi sui. Dan. 32. 43. Salvabis me a contradictionibus populi mei : custodies me in caput gentium : populum quem ignoreo , serviet mihi , &c. 2. Reg. 22. 14. Propterea constituebor tibi Domine in gentibus : & nomen tuum cantabo. v. 50. Insuper & alienigena , qui non est de populo tuo Israel , cum venerit de terra longinqua propter nomen tuum , (audivit enim nomen tuum magnam , & manus tua fortis , & brachium tuum extensum , ubique) cum venerit ergo & oraverit in hoc loco : tu exaudies in caelo , in firmamento habitaculi tui , & facies omnia pro quibus invocaverit te alienigena , &c. 2. Reg. 8. 41. Postula a me , & dabo tibi gentes hereditatem tuam : & possessionem tuam terminis terrae. Psalms. 2. 8. Reminiscere & convertentur ad Dominum universi fines terrae , &c. Ibid. 21. 28. Venient Legati ex Aegypto , Aethiopia prevenient manus ejus Deo. Ibid. 67. 32. Item 71. 8. Sit nomen ejus benedictum in saecula : ante solem permanet nomen ejus. Et benedicentur in ipso omnes tribus terrae : omnes gentes magnificabunt eum. Ibid. 71. 27. Omnes gentes , quascumque fecisti , venient , & adorabunt coram te Domine : & glorificabunt nomen tuum. Ibid. 85. 8. Memor ero Rahab & Babylonis scientium me. Ecce alienigenae , & Tyrus & populus Aethiopiae , hi fuerunt illic. Ibid. 86. 4. Et erit in novissimis diebus preparatus mons domus Domini in vertice montium , & elevabitur super colles , & fluent ad eum omnes gentes. Isai. 2. 2. In die illa , radix Jesse , qui stat in signum populorum , ipsam gentes deprecabuntur , & erit sepulcrum ejus gloriosum. Ibid. 11. 10. In die illa erit altare Domini in medio terrae Aegypti , & titulus Domini juxta terminum ejus. Et erit in signum & in testimonium Domino exercituum in terra Aegypti. Ibid. 19. 19. In die illa clangetur in tuba magna , & venient qui perditii fuerant de terra Aethiopiae , & qui egressi erant in terra Aegypti , & adorabunt Dominum in monte sancto in Jerusalem. Ibid. 27. 13. Cap. 19. 17.

Agitur de futura consolatione , lactata , securitate , & felicitate perpetua eorum , qui in Christum sunt credituri. Ibid. 35. Suscitavi ab Aquilone , & venit ab ortu solis : vocabit nomen meum , & adducet magistratus quasi lumen , & velut plastes calcenalis humum. Ibid. 41. 25. Noli timere , quia ego tecum sum : ab oriente adducam semen tuum , & ab occidente congregabo te. &c. Ibid. 43. 5. Hec dicit Dominus : Labor Aegypti , & negotatio Aethiopiae , & Sabaim viri sublimes ad te transibunt & tui erunt : post te ambulabunt , vinciti manibus pergent & te adorabunt , teque deprecabuntur , &c. Ibid. 45. 14.

Confitebitur Christus dux gentium Judaeorum Samaritanorum , daturusque in saeculis populi ex omni orbis parte vocandi : & ostensa magna felicitate eternitatem in Christum , hortatur eos ad gratiarum actionem , &c. Ibid. 49. Prope est iustus meus , egressus est Salvator meus , & brachia mea populos judicabunt : me expectabunt , & brachium meum sustinebunt. Ibid. 51. 5. Ecclesiam invitans ad letitiam , quod ex gentibus futura sit numerusque , quam erat Synagoga & per orbem propaganda , &c. Ibid. 54. Cap. 35. Item.

Adducam (filios advena , qui adherent mihi) eos in montem sanctum meum , & laticabo eos. O 4

eos in domo orationis meae: holocausta eorum, & victimae eorum placebunt mihi super altari meo: quia domus mea, domus orationis vocabitur cunctis populis. *Isa. 56. 7*

Et ambulabunt gentes in lumine tuo, & reges in splendore ortus tui, &c. *Ibid. 60. 3*

Quaerent me, qui ante non interrogabant, invenerunt qui non quaesierunt me. Dixi: Ecce ego: ecce ego ad gentem, quae non invocabat nomen meum. Expandi manus meas tota die ad populum incredulum, qui graditur in via non bona post cogitationes suas. *Ibid. 65. 1* Cap. 66. 19

Et annuntiabunt gloriam meam gentibus, & adducent omnes fratres vestros de cunctis gentibus donum Domino, in equis, & in quadrigis, & in lecticis, & in mulis, & in carucis ad montem sanctum meum Jerusalem, dicit Dominus. *Ibid. 66. 19*

Domine fortitudo mea, & robur meum, & refugium meum in die tribulationis: ad te Gentes venient ab extremis terrae, & dicent: Vere mendacium possederant patres nostri, vanitatem, quae eis non profuit. *Jerem. 16. 19*

Edicam non populo meo: Populus meus es tu: & ipse dicit: Deus meus es tu. *Osea 2. 24* Effundam spiritum meum super omnem carnem: & prophetabunt filii vestri, & filiae vestrae: senes vestri somnia somniant, & juvenes vestri visiones videbunt. *Joel 2. 28*

Et properabunt gentes multae, & dicent: Venite, ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Jacob: & docebit nos de viis suis, ibimus in semitis ejus, &c. *Micb. 4. 2*

Quia tunc reddam populus labium electum, ut invocent omnes in nomine Domini, & serviant ei humero uno. *Soph. 3. 9*

Et applicabuntur gentes multae ad Dominum in die illa, & erunt mihi in populum, & habitabo in medio tui: & scies, quia Dominus exercituum misit me ad te. *Zach. 2. 11. Vide Cap. 8. 20*

Et loquetur pacem Gentibus, & potestas ejus a mari usque ad mare, & a fluminibus usque ad fines terrae. *Ibid. 9. 10*

Ubi est, qui natus est Rex Judaeorum? vidimus enim stellam ejus in Oriente, & venimus adorare eum. *Matth. 2. 2*

Dico vobis, quod multi ab Oriente & Occidente venient, & recumbent cum Abraham, & Isaac, & Jacob in regno caelorum. *Ibid. 8. 11*

Dico vobis, quia auferetur a vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus ejus. *Ib. 12. 43*

Ite ergo ad exitus viarum, & quocumque inveneritis, vocate ad nuptias. *Ibid. 22. 9*

Et alias oves habeo, quae non sunt ex hoc ovili: & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet unum ovile & unus pastor. *Joan. 10. 16*

Angelus autem Domini locutus est ad Philippum, dicens: Surge, & vade contra meridianum, ad viam quae descendit ab Jerusalem in Gazam: haec est deserta, &c. *Actor. 8. 26*

Justu Angeli accessit Cornelius Centurio Petrum, qui per litteras visionem admonitus, gentes ad Evangelium admittendas esse, &c. *Ibid. 10*

Etenim in uno Spiritu omnes nos in unum corpus baptizati sumus, sive Judei, sive Gentiles, sive servi, sive liberi: & omnes in uno Spiritu potati sumus. *1. Cor. 12. 13*

T I T U L U S V

Gentilium mores non sunt vobis imitandi.

Juxta consuetudinem terrae Aegypti, in qua habitastis, non facietis, & juxta morem regionis Canaan, ad quam ego introducarus sum vos, non agetis, nec in legitimis eorum ambulabitis. *Lev. 18. 3*

Nolite ambulare in legitimis nationum, quas ego expulsi sum ante vos. Omnia enim haec fecerunt, & abominatus sum eas. *Ibid. 20. 23*

Haec dicit Dominus: Juxta vias gentium nolite discere: & a signis caeli nolite metueri, quia timens Gentes: quia leges populorum vanae sunt, &c. *Jerem. 10. 2*

T I T U L U S VI

Genua omnes flectentur Domino. Vide & Oratio flexis genibus.

MAnducaverunt, & adoraverunt omnes pingues terrae: in conspectu ejus ceciderunt omnes, qui descendunt in terram. *Psal. 21. 30*

In memetipso juravi, credietur de ore meo iustitia verbum, & non revertetur: quia mihi curvabit omne genu, & jurabit omnis lingua. *Isa. 45. 23*

Scriptum est enim: Vivo ego: quoniam mihi flectetur omne genu: & omnis lingua confitebitur Deo. *Rom. 14. 11*

Humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltavit illum, & donavit illi nomen, quod est super omne nomen; ut in nomine Jesu omne genu flectatur, caelestium, terrestrium, & infernorum. *Philipp. 2. 8*

T I T U L U S VII

Gladius non caecis permittendus.

ET ecce antus ex his, qui erant cum Jesu, extendens manum, exemit gladium suum, & percussit servum principis sacerdotum, amputavit auriculam ejus, &c. *Matth. 26. 51. Item Marc. 14. 47. versatim habetur. Item Luc. 22. 49. Joan. 18. 10. versatim.*

Gladius Spiritus est verbum Dei.

ET ecce, ut vidit impetum multitudinis venientis, non levavit manum suam, neque firmam tenebat, neque aliquid vas bellicosum, nisi solummodo ut videri, quoniam sicut de ore suo sicut flatus ignis, & de labiis ejus spiritus flamma, & de lingua ejus emittebat scintillas, & tempestates, & commissa sunt omnia simul, hic flatus ignis & spiritus flamma, & multitudo tempestatis. *4. Esdr. 13. 9. Ibi. v. 27. scriptis eadem hic verba.*

Sed iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in aequitate pro mansuetis terrae: & percussiet terram virga oris sui, & spiritu laborum suorum interficiet impium. *Isa. 11. 4*

In die illa visitabit Dominus in gladio suo duro, & grandi, & forti, super Leviathan serpentem veterem, & super Leviathan serpentem tortuosum, & occidet cetum, qui in mari est. *Ibid. 27. 1*

Et cadet Assur in gladio non viri, & gladius non hominis vorabit eum, & fugiet non a facie gladii, &c. *Ibid. 31. 8*

Et posuit os meum quasi gladium acutum; in umbra manus suae protexit me, & posuit me sicut sagittam electam: in pharetra sua abscondit me. *Ibid. 49. 2*

In igne Domini diducabit, & in gladio suo ad omnem carnem, & multiplicabuntur interfecti a Domino. *Ibid. 66. 16*

Et galeam salutis assume: & gladium spiritus, quod est verbum Dei. *Ephes. 6. 17*

Et tunc revelabitur ille iniquus, quem Dominus Jesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione adventus sui eum. *2. Thes. 2. 8*

Vivus est enim sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio accipiti: & pertingens usque ad divisionem animae & spiritus, &c. *Hebr. 4. 12*

Et habebat in dextera sua stellas septem: & de ore ejus gladius utraque parte acutus exibat: & facies ejus sicut sol lucet in virtute sua. *Apoc. 1. 16*

Similiter poenitentiam age: si quo minus, veniam tibi cito, & pugnabo cum illis in gladio oris mei. *Ibid. 2. 16*

Et de ejus ore procedit gladius ex utraque parte acutus, ut in ipso percussat gentes. *Apoc. 19. 15*

T I T U L U S VIII

Gloria. Vide & Honor.

Gloria vana.

Fide Moyses grandis factus, negavit se esse filium filiae Pharaonis--- majores divitias astitmans thesauro Aegyptiorum imperperium Christi. *Hebr. 11. 24*

Execubus ex vana gloria ostendit omnes suos thesauros humis Regis Babylonis, sed propterea a Propheta graviter increpatur, sique Dei nomine depauperatur, quod omnes isti thesauros sui ab Assiris in Babylonem transferendi. *4. Reg. 20. 12*

Salomon, dilata sibi a Deo optione aliquid petendi, non petit gloriam caram mundo, sed sapientiam. *Es. ab hoc ipsum adtra illi fuit ingens gloria. 3. Reg. 3. 5. & 13*

Porro Judith omnia vasa bellica Holofornis--- obtulit in anathema oblivionis: ut viderent altissimorum preclara virtutia a se reportata, & nullam inde caperet vanam gloriam. *Judith. 16. 23*

Nabuchodonosor vana gloria sumas ait: Nonne haec est Babylon magna, quam ego edificavi in domum regni in robore fortitudinis meae, & in gloria decoris mei? Cumque sermo adhuc esset in ore regis, vox de caelo fuit: Tibi dicitur Nabuchodonosor rex: Regnum tuum transibit a te, & de hominibus efficiet te, &c. *Dan. 4. 27*

Sitragina duo aspiculi gloriabantur, quod damnavi habentes subiectos, sed rearguit eos Christus exemplo Iaciferi, qui de vana gloria a caelo cecidit. *Esac. 16. 17*

Gloria Dei in omnibus querenda.

ET ait Josue ad Achian: Fili mi, da gloriam Domino Deo Israel, & consistere, atque in dicitur mihi, quid feceris, ne abscondas. *Josue 7. 19*

Josueb omnia, qua in Aegypto esset, refert ad Deum, & nullam pro se vult gloriam, ait enim: Ab hoc que me Deus respondit prospera Pharaoni: Gen. 41. 16. Quae facturus est Deus, offendit Pharaoni: Item v. 25. Deus qui fecit me quasi patrem Pharaonis, & Dominum univerisae domus ejus, sic principem in omni terra Aegypti: Item c. 43. 8. Vos cogitatis de me malum: sed Deus vertit illud in bonum; ut exaltaret me, & falvos faceret multos populos. *Item c. 50. 10*

Credidi, propter quod locutus sum: ego autem humiliatus sum nimis. *Psal.* 117. 1.
David suam dignitatem regiam, & proclamata gesta, soli Deo ascribit, ait enim: Dextera Domini
fecit virtutem: dextera Domini exaltavit me. *Psal.* 117. 16.

Sic ergo vos orabit: Pater noster qui es in caelis: &c. *Matth.* 6. 9.
Vocaverunt ergo rursus hominem, qui fuerat cecus, & dixerunt ei: Da gloriam Deo, nos
scimus, quia hic homo peccator est. *Joan.* 9. 24.

Ego te clarificavi super terram: opus consummavi, quod dedisti mihi, ut faciam. *Ibid.* 17. 4.
S. Petrus, cum sanasset claudum, plausum sibi a populo datum respexit his verbis: Viri Israelitae,
quid miramini in hoc, aut nos quid intuemini, quasi nostra virtute aut potestate fecerimus
hunc ambulare? &c. *Act.* 3. 12.

Confestim autem percussit eum Angelus Domini (*Herodem*), eo quod non dedisset honorem
Dei: & consumptus a veribus, expiravit. *Ibid.* 12. 23.

Empti enim estis pretio magno. Glorificate & portate Deum in corpore vestro. *I. Cor.* 6. 20.
Sive ergo manducatis, sive bibitis, sive aliud quid faciatis: omnia in gloriam Dei facite.

Ibid. 10. 31. *Philip.* 1. 20.
Omne quodcumque faciatis in verbo aut in opere, omnia in nomine Jesu Christi, gratias
agentes Deo & Patri pro ipsum. *Coloss.* 3. 17.

Regi autem saeculorum immortalis, invisibili, soli Deo, honor & gloria in saecula saeculo-
rum, Amen. *I. Tim.* 1. 17.

Gloria Beatorum. Vide Beatitude.

T I T U L U S I X

Gratia.

Gratia in scripturis accipitur pro beneficio.

Benedictus sit a Domino: quoniam eandem gratiam, quam praeberat vivis, servavit &
mortuis. *Ruth.* 2. 20.

Et nunc retribuere vobis quidem Dominus misericordiam & veritatem: sed & ego reddam
gratiam, eo quod fecistis verbum istud. *2. Reg.* 5. 6.

Heri venisti, & hodie compelleris nobiscum egredi? ego autem vadam quo iturus sum: re-
vertere & redue tecum fratres tuos, & Dominus faciet tecum misericordiam & veritatem: quia
ostendisti gratiam & fidem. *Ibid.* 15. 20.

Dabit capiti tuo augmenta gratiarum, & corona inclita proteget te. *Prov.* 4. 9.

Gratia dati in conspectu omnis viventis, & mortuo non prohibeas gratiam. *Ecclesi.* 7. 37.

Gratiam fidei justorum non obliviscaris: dedit enim pro te animam suam. *Ibid.* 29. 19.

Pro favore.

Noe vero invenit gratiam coram Domino. *Gen.* 6. 8.
Et dixit (*Abraham*): Domine, si inveni gratiam in oculis, ne transeas servum tuum.

Ibid. 18. 3. Et 19. 18. *fore idem habetur.*

Fuit autem Dominus cum Joseph, & miseris illius, dedit ei gratiam in conspectu prin-
cipis carceris. *Ibid.* 39. 21.

Dominus autem dedit gratiam populo coram Aegyptiis, ut commodarent eis: & spoliave-
runt Aegyptios. *Exod.* 12. 36.

Et quoniam memor fuit Domini in toto corde suo, dedit illi Deus gratiam in conspectu
Salmanasar regis. *2. Reg.* 1. 13.

Et aliamvit eam res plus quam omnes mulieres, habuitque gratiam & misericordiam cor-
am eo super omnes mulieres, &c. *Ezra.* 2. 17.

Doctrina bona dabit gratiam, in itinere contemptorum vorago. *Prov.* 13. 15.

Est enim confusio adducens peccatum, & est confusio adducens gloriam & gratiam. *Ecclesi.* 4. 25.

Dedit autem Deus Danieli gratiam, & misericordiam in conspectu principis Eunuchorum. *Dan.* 1. 9.

Quotidie quoque perdurantes unanimiter in templo, & frangentes circa domos panem, lu-
mebant cibum cum exultatione, & simplicitate cordis, collaudantes Deum, & habentes gra-
tiam ad omnem plebem. *Act.* 2. 46.

Biennio autem expleto, accepit successorem Felix, Portium Festum. Volens autem gratiam
praestare Judaeis Felix, reliquit Paulum vincum. *Ibid.* 24. 27.

Festus autem volens gratiam praestare Judaeis, respondens Paulo, dixit: Vis Ierosolymam
accendere, & ibi de his iudicari apud me? *Ibid.* 25. 9.

Pro peccato, quod a Deo expectatur.

Audi fili mi, disciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuae: ut addatur gratia
capiti tuo, & torques collo tuo. *Prov.* 1. 8.

Qui bonus est, hauriet gratiam a Domino: qui autem confidit in cogitationibus suis, im-
pie agit. *Ibid.* 12. 2.

Si benefeceritis his, qui vobis benefaciunt, quae vobis est gratia? *Luc.* 6. 33.

Hæc

Hæc est enim gratia, si propter Dei conscientiam sustinet quis tristitias patiens iniuste. *1. Petr.* 2. 19.
Pro dono aliquo gratis dato.

Valde enim mirabilis es Domine, & facies tua plena est gratiarum. *Ezra.* 15. 17.

Speciosus forma prae filiis hominum: diffusa est gratia in labiis tuis, propterea benedi-
xit te Deus in aeternum. *Psal.* 44. 43.

Fili mi --- custodi legem atque consilium: & erit vita animae tuae, & gratia faucibus tuis.
Prov. 3. 22.

Cor sapientis erudiet os ejus: & labiis ejus addet gratiam. *Ibid.* 16. 23.

Qui diligit cordis munditiam, propter gratiam laborum suorum habebit amicum regem.
Ibid. 22. 11. *I. Cor.* 12. per totum.

Uniquique sicut accepit gratiam in alterutrum illam administrantes, sicut boni dispen-
satores multiformis gratiae Dei. *1. Pet.* 4. 10.

Pro dono supernaturali Deo gratum faciente.

Misericordia ejus (*Dei*) praevenit me. *Psal.* 58. 11.

Quia misericordiam & veritatem diligit Deus: gratiam & gloriam dabit Dominus. *Psal.* 83. 12.

Et ingressus Angelus ad eam dixit: Ave gratia plena, Dominus tecum &c. *Luc.* 1. 28.

Puer autem crecebat, & confortabatur plenus sapientia: & gratia Dei erat in illo. *Ibid.* 2. 40.

Et de plenitudine ejus omnes accepimus, & gratiam pro gratia. *Joan.* 1. 16.

Gratia vobis & pax a Deo patre nostro, & Domino Jesu Christo. *Rom.* 1. 7.

Non ego autem, sed gratia Dei tecum. *1. Cor.* 15. 10.

Gratia Domini nostri Jesu Christi vobiscum. Caritas mea cum omnibus vobis in Christo
Jesu. Amen. *1. Cor.* 16. 23.

Nam gloria nostra hæc est, testimonium conscientiae nostrae, quod in simplicitate cordis &
sinceritate Dei, & non in sapientia carnali, sed in gratia Dei, conversati sumus in hoc man-
do. *2. Cor.* 1. 12.

Evacuati estis a Christo, qui in lege justificamini: a gratia excidistis. *Gal.* 5. 4.

Optimum est enim gratia stabilire cor. *Hebr.* 13. 9.

Majorem autem dat gratiam. Propter quod dicit: Deus superbis resistit, humilibus autem
dat gratiam. *Jacob.* 4. 6. *Prov.* 3. 34. 1. *Petr.* 5. 5.

Vocavi, & non respondistis. *Isai.* 65. 12. *Prov.* 1. 24. *Ierem.* 7. 13.

Quoties volui congregare filios tuos, &c. & noluisti? *Matth.* 23. 37.

Vos semper Spiritui S. resistitis. *Act.* 7. 51.

*Sine auxilio gratia supernaturalis non potest homo exercere ullam opem per
se ad salutem pertinentem, seu supernaturali.*

Sine me nihil potestis facere. *Joan.* 15. 5.

Deus est enim, qui operatur in vobis & velle & perficere, pro bona voluntate. *Philipp.* 2. 13.

*Ad quomodo actum vero moraliter tantum, non supernaturaliter honestum,
non opus est gratia supernaturali.*

Gentes quae legem non habent, naturaliter ea, quae legis sunt, faciunt. *Rom.* 2. 14.

Fallas gratia & vana est pulchritudo: mulier timens Dominum, ipsa laudabitur. *Prov.* 31. 30.

Verba oris sapientis gratia: & labia insipientis precipitabunt eum. *Ecclesi.* 10. 12.

Noli discedere a muliere sensata & bona, quam sortitus es in timore Domini: gratia enim
verecundiae illius super aurum, *Ecclesi.* 7. 21. & *Ibid.* 21. 19.

Gratia mulieris sedule delectabit virum suum, & ossa illius impinguabit. *Ibid.* 26. 16.

Gratia super gratiam, mulier sancta & pudorata. *Ibid.* v. 19.

Gratiam & speciem desiderabit oculus tuus, & super haec virides faciones. *Ibid.* 40. 22.

Et omnes testimonium illi dabant, & mirabantur in verbis gratiae, quae procedebant de ore
ipsius (*Christi saltem*). *Luc.* 4. 22.

Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat: sed si quis bonus ad adificationem fidei,
ut det gratiam audientibus. *Ephes.* 4. 29.

Gratia donum sit occultum, quodque nemo debet illud facile sibi arrogare.

Si iustificare me voluero, os meum condemnabit me: si innocentem (*me*) ostendero, pra-
vum me comprobabit. Etiam si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea, & tace-
bit me vix me. *Job.* 9. 20.

Servite Domino in timore: & exultate ei cum tremore. *Psal.* 2. 11.

Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me; & ab alienis: parce servo tuo. *Ps.* 18. 13.

Et non intres in iudicium cum servo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis
vivens. *Ibid.* 142. 2. *Prov.* 14. 12.

Omnia

Omnia hæc tractari in corde meo, ut curiose intelligerem. Sunt iusti atque sapientes: & opera eorum in manu Dei: & tamen nescit homo utrum amore an odio dignus sit: sed omnia in futurum seruantur incerta, eo quod uniuersa eueniant iusto & impio, bono & malo in animo & immundo, immolanti victimas & sacrificia continenti, &c. *Ecdi. 9. 1.* Nescit homo si do & immundo, sed sicut pisces capiuntur hamo, & sicut aues laqueo comprehendantur, sic capiuntur homines in tempore malo, cum eis exemplo superuenerit. *Ibid. v. 12.*

De propitiato peccato noli esse sine metu, neque adicias peccatum super peccatum. Et ne dicas: Misericordia Domini magna est, multitudinis peccatorum meorum misererebitur. *Ecdi. 5. 5.* Prayem est cor oprimum & illucratibile: quis cognoscerit illud? Ego Dominus scrutans cor & probans renes: qui do unicuique iuxta viam suam, & iuxta fructum aduentionum suarum. *Ier. 17. 9.*

Nihil enim mihi conficius sum: sed non in hoc iustificatus sum: qui autem iudicat me, Dominus est. *1. Cor. 4. 4. 2. Cor. 10. 14.*

Volueritis tentare, si estis in fide: ipsi vos probate. An non cognoscitis uosmetipsos, quia Christus Iesus in uobis est? nisi forte reprobi estis. *2. Cor. 13. 5.*

Nam si quis existimat se aliquid esse, cum nihil sit, ipse se seducit. Opus autem suum probet inuicisque, &c. *Gal. 6. 3.*

Cum metu & tremore uestram salutem operamini. *Philip. 2. 13.*

Et si iustus uix saluabitur, impius & peccator ubi parebunt? *1. Pet. 4. 18.*

Quapropter fratres magis satagite, ut per bona opera certam uestram uocationem & electionem faciat: hæc enim facientes, non peccabitis aliquando. *2. Pet. 1. 10.*

Carissimi, nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus, si ex Deo sint. *1. Joan. 4. 1.*

Abocque gratiam populo huic coram Aegyptiis: & cum egrediemini, non exhibitis uacui. *Ecdi. 3. 21. Item c. 11. 3. uerbatim habetur. 12. 36. 2. Eldr. 2. 5.*

Dedit autem Deus Danieli gratiam & misericordiam in conspectu principis Eumuchorum. *Dan. 1. 9.*

Et quoniam memor fuit Domini in toto corde suo, dedit illi Deus gratiam in conspectu Salamanasar regis. *Tob. 1. 13.*

Sequenti autem die deuenimus Sidonem. Humane autem trahens Julius Paulum, permisit ad amicos ire, & curam sui agere. *Act. 27. 3. cap. 28. 19. c. 24. 23.*

Gratia a solo Deo datur.

Gratiam & gloriam dabit Dominus. *Ps. 83. 12.*

Qui bonus est, hauriet gratiam a Domino. *Prou. 12. 2.*

Gratia dati in conspectu omnis uidentis. *Ecdi. 7. 37.*

Est datum, quod non est utile: & est datum, cujus retributio duplex. *Ibid. 20. 10.*

Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris. *Isai. 12. 3.*

Omnes sitientes uenite ad aquas: & qui non habetis argentum, prosperate, emite & comedite. Venite, emite absque argento, & absque ulla commutatione uinum & lac. *Ibid. 55. 1.*

Gratia & ueritas per Iesum Christum facta est. *Joan. 1. 17.*

Et de plenitudine eius omnes nos accepimus, & gratiam pro gratia. *Ibid. 1. 16.*

Non potest homo accipere quidquam, nisi fuerit ei datum de celo. *Ibid. 3. 17.*

Omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei. *Rom. 3. 23.*

Ubi autem abundauit delictum, superabundauit gratia. Ut sicut regeuere peccatum in mortem: ita & gratia regnet per iustitiam in uitam æternam, per Iesum Christum Dominum nostrum. *Ibid. 5. 20.*

Seipendia enim peccatorum: Gratia autem Dei, uita æterna, in Christo Iesu Domino nostro. *ib. 6. 23.*

Igitur non uolentis, neque currentis, sed misericentis est Dei. *Ibid. 9. 18.*

Bibebant autem de spiritali, consequente eorum petra; petra autem erat Christus. *1. Cor. 10. 4.*

Sufficit tibi gratia mea. *2. Cor. 12. 9.*

Unicuique autem nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi. *Eph. 4. 7.*

Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ: ut misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno. *Hebr. 4. 16.*

Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. *1. Petr. 5. 5.*

Ego stentis labo de fonte aque uivæ, gratis. *Apoc. 21. 6.*

Et qui sitit, ueniat: & qui uult, accipiat aquam uitæ, gratis. *Ibid. 22. 17.*

Gratia sicut paradifus in benedictionibus, & misericordia in seculum permanet. *Ecdi. 40. 17.*

In nouissimo autem die magno festiuitatis, stabat Iesus, & clabatur, dicens: Si quis sitit, ueniat ad me, & bibat: Qui eredit in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ uivæ. Hoc autem dixit de Spiritu, quem accipere erant credentes in eum: nondum enim erat Spiritus datus, &c. *Joan. 7. 37.*

Infelix ego homo! quis me liberabit de corpore mortis hujus? Gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum. *Rom. 7. 24.*

Gratia autem Dei sum id quod sum, & gratia eius in me uacua non fuit, sed abundantius illis omnibus laboravi: non ego autem, sed gratia Dei mecum. *1. Cor. 15. 10.*

Gratia enim estis saluati per fidem: & hoc non ex uobis, Dei enim donum est; non ex operibus: ut ne quis glorietur. *Eph. 2. 8.*

Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est: eruntque dies illius centum viginti annorum. *Gen. 6. 3.*

Tollite itaque ab eo talentum, & date ei qui habet decem talenta. Omni enim habenti dabitur, & abundabit. *Mat. 25. 29. cap. 13. 12.*

Adiuuantes autem exhortamur, ne in uacuum gratiam Dei recipiat. *2. Cor. 6. 1.*

Noli negligere gratiam --- quæ data est tibi per prophetiam, cum impositione manuum presbyterii. *1. Tim. 4. 14.*

TITULUS X.

Gratia agende ante & post cibum.

UT cum comederis, & satiatus fueris, benedicas Domino Deo tuo pro terra optima, quam dedit tibi. *Dut. 8. 10.*

Neque enim comesturus est populus, donec ille ueniat: quia ipse benedicit hostiæ, & deinceps comedunt, qui uocati sunt. *1. Reg. 9. 13.*

Quia qui congregant illud comedunt, & laudabunt Dominum: & qui comportant illud, bibent in atrijs sanctis meis. *Ism. 62. 9.*

Et cum iussisset turbas discumbere super fenem, acceptis quinque panibus, & duobus piscibus, aspiciens in celum benedixit, & fregit, & dedit discipulis panes, discipuli autem turbis. *Matth. 14. 19. Item omnino c. 15. 36. Item Marc. 6. 41. & c. 8. 6. Luc. 9. 16. Joan. 6. 11. 23.*

Quantibus autem eis, accepit Iesus panem, & benedixit, ac fregit, deditque discipulis suis, &c. *Ibid. 26. 26. Marc. 14. 22.*

Et cum hæc dixisset, sumens panem, gratias egit Deo in conspectu omnium: & cum fregisset, cepit manducare. *Act. 27. 35.*

Qui sapit diem, Domino sapit. Et qui manducat, Domino manducat: gratias enim agit Deo. Et qui non manducat, Domino non manducat, & gratias agit Deo. *Rom. 14. 6.*

Si ego cum gratia participo, quid blasphemor in eo quod gratias ago? Sive ergo manducatis, sive bibitis, sive aliud quid facitis: omnia in gloriam Dei facite. *1. Cor. 10. 30. 1. Tim. 4. 3.*

TITULUS XI.

Gratitudo sere gratias animus erga Deum & homines commendatur.

FACTUM est autem post multos dies, ut offerret Cain de fructibus terræ munera Domino. *Gen. 4. 3.*

Ædificauit autem Noe altare Domino: & tollens de cunctis pecoribus & uolueribus mundis, obtulit holocausta super altare. *Ibid. 8. 20.*

Dixit autem rex Sodomorum ad Abraham: Da mihi animas, cetera tolle tibi. *Ibid. 14. 21.*

Sara mortua plangitur: aque in spelunca duplici, quam Abraham ab Ephron cum agro presenti emit secunda, sepelitur. *Ibid. v. 23.*

Pronique adorari Dominum, benedicens Domino Deo Domini mei Abraham, qui perduxit me recto itinere, ut sumerem filium fratris Domini mei filio eius. *Ibid. 24. 48. Vide uerba sequentes.*

Itaque ædificauit ibi altare: & invocato nomine Domini, extendit tabernaculum: præcepitque seruis suis, ut iudercnt putcom. *Ibid. 26. 25.*

Sollicitus gratias agebat Deo Jacob, dicens: Dominus minor sum cunctis miserationibus tuis. *Ibid. 32. 10.*

Phocerna & Eharao multum fuerunt grati Iosypho pro expositione simulorum, iste commendauit eum Pharaoni, & hic eum magnifice sublimauit. *Ibid. 41. 9. & 40.*

Ierobo sacerdos in Madian, gratias fuit, pro eo, quod Moyses filius eius defenderat, quando ad grecum adueniendum uerant. Unde fecit eum uocari, ut comederet, & dedit ei filiam suam in uxorem. *Exod. 2. 16.*

Voluit Dominus, ut liberatis filiorum Aegypti nunquam exierat ex eorum memoria: Mementote diei hujus in qua egressi estis de Aegypto. -- Et erit quasi signum in manu tua, & quasi monumentum ante oculos tuos, &c. *Ibid. 13. v. 3. & 9. Vide & Num. 15. 17.*

Tunc cecinit Moyses & filii Israel cæmen hoc Domino, & dixerunt: Cantemus Domino: gloriose enim magnificatus est, equum & ascensorem deiecit in mare, &c. *Ibid. 15. 1.*

Obsecra de inimicis mirabili uictoria, uenietis ad Moysen principes exercitus Israel, dicens: quid

quod nullus fuerat de filiis Israel in bello occisus, & tamen magnam auri & aliarum rerum prædam fecerunt: & ob hanc causam dona magna obtulerunt. Num. 31. 48.
 Custodi igitur temetipsum & animam tuam sollicitè: ne obliuiscaris verborum, quæ vide-
 runt oculi tui. Deut. 4. 9.
 Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota forti-
 tudine tua, &c. Ibid. 6. 5.
 Valde sollicitus fuit Iosue, ne Rachab meretrix, quæ nuntius ab eo missos absconderat, civitate Iericho
 ruente, periret. Iosue 6. 22.

Post victoriam de Sifara habitam, Domino ceciderunt. Iudic. 5. 1.
 Cum liberasset Obedem ab inimicis Israel, dixerunt omnes ad eum: Dominare nostri tu, & filius
 tuus, & filius filii tui: quia liberaisti nos de manu Madian. Ibid. 8. 22.
 Benedictus sit a Domino: quoniam eandem gratiam, quam præbuerat vivis, servavit &
 mortuis. Ruth 2. 20.

Oravit Anna, & laudavit Dominum pro filio sibi dato. 1. Reg. 2. 1.
 Dixit David ad Abiathar, cuius pater dilexerat ipsum David: Mane mecum, ne timeas: si quis
 quaesierit animam meam, quaeret & animam tuam, &c. 1. Reg. 22. 23.

Misit David ad viros Zabeb Galaad, qui sepelirunt corpora Saul, & filiorum eius, & gratias egit eis.
 1. Reg. 2. 5. Vide & Ibid. 31. 11.

Faciam (dixit David) misericordiam cum Hanon filio Naas, sicut fecit pater ejus mecum
 misericordiam. 2. Reg. 10. 2.
 Dixit itaque Rex ad Bezellai: Veni mecum, ut requiescas securus mecum in Jerusalem. Ibi-
 dem 19. 33.

Sed & filii Bezellai Galaaditis reddes gratiam, eruntque comedentes in mensa tua. 3. Reg. 17.
 Elias sic conspessus est viduam, apud quam sustentabatur, & efficitur oravit pro ejus filio dormiente,
 ita ut ipsum a mortuis suscitaret. 3. Reg. 17.

Et benedixit Domino (David) coram universa multitudine, & ait: Benedictus es Domine
 Deus Israel patris nostri ab aeterno in aeternum. 1. Paral. 29. 10. Præcepit autem David uni-
 versæ Ecclesie: Benedicite Domino Deo nostro. Et benedixit omnis Ecclesia Domino Deo pa-
 trum suorum: & inclinaverunt se, & adoraverunt Deum, & deinde regem. Ib. v. 20. 2. Paral. 15. 14.
 Die autem quarto congregati sunt in valle Benedictionis, &c. 2. Paral. 20. 26. Ester. 6. per totum cap.
 Cum Tobias recuperasset visum, & uxor eius, & omnes, qui sequebantur eum prius caecum, glorificabant
 Deum. Tob. 11. 16.

Omnis populus, post victoriam (de exercitu Holofernis habitam) venit in Jerusalem adorare
 Dominum. Judith 16. 22.

Tunc vocavit ad se Tobias filium suum, dixitque ei: Quid possumus dare viro isti sancto,
 qui venit tecum? Tob. 12. 1. Etenim Sacramentum regis abscondere bonum est: opera autem
 Dei revelare & confiteri honorificum est. Ibid. v. 7. Vide etiam a v. 2. quanta gratitudinis Tobias
 junior reulerit patri suo ob beneficia a Raphaelo percepta. Vide & c. 9. 1.

Non laetas servum in veritate operantem, neque mercenarium dantem animam suam. Eccli. 7. 22.
 Qui credit Deo, attendit mandatis: & qui confidit in illo, non minorabitur. Ibid. 35. 28.
 Quoniam Dominus retribuens est, & septies tantum redet tibi. Ibid. 35. 13.

Revelata Danieli visione Nabuchodonosor regis Babylonis, benedixit Deus caeli & ait: Sit nomen Do-
 mini benedictum a saculo usque in saculum: quia sapientia & fortitudo ejus sunt. Dan. 2. 19.
 Nabuchodonosor audita expositione semini sui Danielem in sublime exiit, & magna munera illi de-
 dit, similiter & Balhsar honoravit eum propter expositionem scripturae quam in pariete viderat.
 Ibid. 4 & 5.

Judas Machabæus, & populus scripserunt Aristobolo, dicentes: De magnis periculis a Deo libera-
 ti, magnifice gratias agimus ipsi. 2. Mach. 7. 11. Ibid. 10.

Et conversi, Hymnum canebant, & benedicebant Deum in calum, quoniam bonus est, quo-
 niam in saculum misericordia ejus. 1. Mach. 4. 24.
 Et ascenderunt in montem Sion cum lætitiâ & gaudio, & obtulerunt holocausta, quod ne-
 mo ex eis cecidisset, donec reverterentur in pace. Ibid. 5. 54.

Dei misericordiam Dominus Onesiphori domui: quia saepe me refrigeravit, &c. 2. Tim. 1. 16.
 In illo tempore respondens Jesus, dixit: Confiteor tibi Pater Domine cali & terre, quia
 abscondisti hæc a sapientibus & prudentibus, & revelasti ea parvulis. Matth. 13. 35.

Et non admittit eum (qui vocabatur a demonio) sed ait illi: Vade in domum tuam ad fratres
 & annuntia illis, quanta tibi Dominus fecerit, & misertus sit tui. Marc. 5. 49.
 Et confestim vidit, & sequebatur illum magnificans Deum. Et omnis plebs ut vidit, de-
 dit laudem Deo. Luc. 18. 43.

Tulerunt ergo lapidem: Jesus autem elevatis saculo oculis, dixit: Pater, gratias ago ti-
 bi, quoniam audisti me. Joan. 11. 41.
 Gratias autem Deo, quod fuistis servi peccati, obedistis autem ex corde in eam formam
 doctrinæ, in quam traditi estis. Rom. 6. 17.

Gratias agentes semper pro omnibus: in nomine Domini nostri Jesu Christi, Deo & Pa-
 tri. Ephes. 5. 20. Coloss. 2. 7.
 Nihil solliciti sitis: sed in omni oratione & obsecratione, cum gratiarum actione, petiti-
 onibus vestris innocens apud Deum. Philip. 4. 6.

Et pax Christi exultet in cordibus vestris, in qua & vocati estis in uno corpore: & grati-
 ehor. Coloss. 3. 15.
 Gratias agere debemus semper Deo pro vobis fratres, ita ut dignum est, quoniam super-
 crevit fides vestra, & abundat caritas uniuersique vestrum in invicem. 2. Thess. 1. 3.

T I T U L U S XII.

Utilitas & ebrietas.

Primum hominis peccatum, vitio gula fuit completum. Gen. 3. 6. superius in hoc libro
 Notè bibere vinum, inebriatus & nudatus est. Ibid. 9. 27.
 Lethi inebriatus, incestum cum propriis filiabus commisit, &c. Ibid. 19. 32.

Esau pro lentis edulio vendidit primogenitum suum. Ibid. 25. 31.
 Et sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere. Exod. 32. 6.
 Dixit quoque Dominus ad Aaron: Vinum & omne quod inebriare potest, non bibetis tu,
 & filii tui, quando intrabitis in tabernaculum testimonii, ne mortiamini. Levit. 10. 8.

Flagravit (populus) desiderio (carnium) sedens & flens --- & ait: Quis dabit nobis ad ven-
 scendum carnes? &c. Num. 11. 4.
 Cum comederis & saturatus fueris: cave diligenter ne obliuiscaris Domini qui eduxit te
 de terra Ægypti, de domo servitutis. Deut. 6. 12.

Filius nolite --- comestationibus vacare & luxuria, atque convitiis; lapidibus eum obruet
 populus &c. Ibid. 21. 20.
 In tracentis viris, qui ad aquas lambuerunt, & moderate biberunt, liberavit Dominus Israel. Judic. 7. 5.

Inter epulas & pacula sunt homines invidiosus & loquacioris. Ibid. 9. 27.
 Epulantius Philistinis & latuitibus, domus occidit super eos. Ibid. 16. 23.
 Amnon filius David in convivio ab Absalon remissus fuit occisus. 2. Reg. 13. 28.

Demetrius Rex Syriæ remissus in tabernaculo suo habebat maximam multitudinem bellatorum, & la-
 men vultus fuit, & fugatus per viam principum Provinciarum. 3. Reg. 20. 16.
 Et comederunt, & saturati sunt, & impinguati sunt, & abundaverunt deliciis in bonitate
 tua magna. Provocaverunt autem te ad iracundiam, &c. 2. Esdr. 9. 25.

Holoferus. Bibiteque vinum multum nimis, quantum nunquam biberat in vita sua. Et post pau-
 ca sequitur: Eratque Judith sola in cubiculo. Porro Holofernes jacebat in lecto, nimia ebrie-
 tate sopitus. Quo facto Judith habuit occasionem occidendi eum. Judic. 12. 20. & 13. 1.

Noverat Job multa in convitiis fieri peccata, idcirco postquam vulgati fuerant filii & filia ejus, con-
 furgentique diluculo, offerebat holocausta pro singulis. Job. 1. 4.
 Anima saturata, calcabit sarrum (spirituum): & anima esuriens etiam amarum pro dacti
 sumet. Prov. 27. 7.

Omnis labor hominis in ore ejus: sed anima ejus non implebitur (bonis). Eccli. 6. 7.
 Ne cum manducas multum, odio habearis. Eccli. 31. 19. Quam sufficientes est homini erudi-
 to vinum exiguum, & in dimittendo non laborabis ab illo, & non senties dolorem. Ib. v. 22.

Sacerdos & Propheta nescierunt præ ebrietate, absorpti sunt a vino --- Omnes enim mentes
 repletae sunt vomitu, sordiumque, &c. Isa. 28. 7.
 Somnus salubri fructu viscerum temperantibus, mane surgit, idem & compos est animi, labor autem vigili,
 & cholera tossifugæ exercent hominum instabiilitatem. Eccli. 31. 24.

Ab ea, quæ dormit in sinu tuo (conspicueris) custodi claustra oris tui. Mich. 7. 5.
 Pulemias fecit Simoni sacerdoti convivium, & ipsum cum filiis ejus, cum inebriati essent, occidit.
 1. Mich. 16. 16.

Ne solliciti sitis animæ vestrae quid manducetis, neque corpori vestro quid induamini. Mat-
 6. 25. Luc. 12. 22.
 Qui enim voluerit animam suam (animalitatem) salvam facere, perdet eam: qui autem per-
 diderit --- propter me, inveniet eam. Ibid. 16. 25.

Væ vobis, qui saturati estis: quia esurietis. Luc. 6. 25.
 Attendite autem vobis, ne forte graventur corda vestra in crapula & ebrietate, & curis hu-
 jus vite. Ibid. 21. 34.

Qui enim secundum carnem sunt: quæ carnis sunt, sapient. Rom. 8. 5.
 Sicut in die honeste ambulemus: non in comestationibus & ebrietatibus, non in cubilibus,
 & impudicitis: non in contentionibus & amulatione: sed induimus Dominum Jesum Chri-
 stum, & carnis curam ne feceritis in desideriis. Rom. 13. 13.

Si ergo mortui estis cum Christo ab elementis hujus mundi: quid adhuc tamquam viventes
 in mundo decernitis? (quid sapientem, vel insipientem). Coloss. 2. 20.